NICOLAUS DE LYRA

Salzburg/Bayern, um 1450 Seite 210r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8378
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Et primo describitur deuocio prin
cipis secundo pontificis officium capitulo
viij. Primum ostenditur dupliciter
in oblacione partim combinata secundo in
oblacione singulariter facta ibi
Igitur obtulerunt. Circa primum
dicit sic. Factum est autem in die
qua compleuit moyses taberna
culum et erexit illud etc. Occasio
est huius littere. Dubium est inter
doctores ordinis istius hystorie
patet tamen quod iste oblaciones
facte fuerunt ante numeraciones
populi suppositas licet posterius sint
descripte quia iste oblaciones fac
te fuerunt in die erectionis taber
naculi que facta fuit anno secundo
egressionis de egipto mense pri
mo prima die mensis ut habetur
in principio huius libri. Dicunt
igitur aliqui quod prima die anni
secundi in qua erectum est taberna
culum incepit consecracio altaris
et sacerdotum et duravit per septem
dies, octaua autem inceperunt
principes offerre et duravit ob
lacio xij diebus qui dicit quod in die
erectionis tabernaculi obtulerunt
quia quidem erectio iam precessit septem
diebus. Ideo alii dicunt quod a die e
rectionis tabernaculi incepit dicta
oblacio consecracione sacerdotum solus
moyses incipiebat sacerdotale
officium quia non poterant offerre lici
te donec eorum consecracio esset com
pleta. In illis autem septem diebus
fiebant plura circa sacerdotes
et sacrificia pro eis ut habetur exodi
xxix et leuiticorum viij. Similiter
in oblacione cuilibet principis fiebant
plures oblaciones et sacrificabant
animalia xxj ut patet in textu
et non videtur probabile quod solus moy
ses posset tot facere una die ma
xime continuando septem diebus

Ideo dicit Ra. sa. quod duplex fuit
erectio tabernaculi una quot
tidiana qua erigebatur mane
et deponebatur vespere. Alia sta
bilis que permanebat usque ad mo
cionem castrorum. Dicit igitur quod pri
ma erectio vi fuit septem diebus
ultimus anni prime egressionis
de egipto et in illis facta fuit
consecracione sacerdotum et alta
ris in quibus solus moyses fecit
sacerdotale officium. Octaua
autem die que fuit dies prima
anni secundi facta est prima erec
cio stabilis ipsius tabernaculi et
extunc concremata et illa die
sacerdotes ceperunt ministrare
et officium suum exercere simul cum
moyse et eadem die incepit
oblacio principum et sic eadem
dies fuit erectionis taberna
culi loquendo de erectione sta
bili et consecracione sacerdotum
quam ad perfectionem eorum quia tunc
et non ante poterunt ministrare
et oblacio modo principum quantum
ad eius inchoacionem quia non
poterat fieri una die illa ob
lacio que fiebat successiue xij
diebus qua compleuit moyses
tabernaculum licet enim beezeel
et alii artifices compleuerunt
opus exequendo, moyses tamen
et eos dirigebat ad faciendum
opus secundum exemplar quod in mon
te viderat et ideo ei attri
buitur completio tabernaculi sic
archi doctori obtulerunt prin
cipes in oblacione, ad opus ta
bernaculi fuerunt multi ut habetur
exodi xxv. Et ideo in dedi
cione altaris tabernaculi festi
nauerunt et fuerunt primi obtule
runtque ea plaustra in conspectu